HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 44r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Diapente cum semitonio:

Decima vocum seu sonorum coniunctio est diapente cum semitonio quod ad dictam superioris quod maius est, dicitur minus, quoniam maius diapente per tonum transcendit, minus vero per minus semitonium sed per apotome sive maius semitonium est eorum distantia licet in vocum numerositate conveniant et intervallis. Ex semitonii additione ad diapente perfectum, oritur hec coniunctio, que ex apotome carentia dissonantia redditur in perfecta que minor sexta ~~nuncupari~~ nuncupari meretur, que cum diapasonem penes apponitur ut perfectam generet sonoritatem in eius elevatione ipsius apotome in digeret augmento. Ut postea plene patebit possumus ergo illud tali diffinire. Diapente cum semitonio est sex vocum seu sonorum per spatia tria plena, in tegra et perfecta et per duo non plena non tegra et in perfectam ad invicem iunctorum accepto. Genus suum et differentias habet prefata descriptio. Que in ea minori tres tonos et duo minora semitonia contineri demonstrat. quoniam per spatium primum tonus, et per in primum minus semitonium significatur ut prefertur. Et cum sint tria prima spatia tres toni notantur, et duo in prima spatia, duo minora semitonia significantur. Diapente ergo cum